

## Beiheft

2

S 178

1249 Dez. 23.

[15

Die Abtei Deutz verkauft ihre Besitzungen in Windesheim (bei Bingen) an 2 Kölner Bürger.

Ego Walterus abbas, Herimannus prior totusque conventus monasterii beati Heriberti in Tuicio, Coloniensis diocesis, universis presentes litteras inspecturis n[otum] facimus, quod nos allodium et bona nostra, que hacten[us] habuimus in villa nostra Windense Maguntine diocesis, vendidimus pro cer[to] et iusto precio Mathye dicto de Pinguia et Margare[te] uxori sue, civibus Colonien[sibus], cum vineis, silvis, pratis, terris arabilibus, molendinis, decimis, iurisdictionibus et iuribus omnibus . . . . attinentiis universis vendidimus scilicet pleno iure, sicut nos eadem habuimus, libera et absoluta nec ali . . . . pignoris aut ypothece aliquatenus obligata, eisdem emptoribus sollempniter a nobis stipulantibus promitten . . . u. f. w. folgen noch einige Formeln, mit Lücken. In cuius rei fidem presentem cartam exinde conscriptam sigillis nostris fecimus communiri. Actum et datum sollempniter in capitulo nostro anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>X<sup>o</sup>L nono, quinta feria ante festum natalis Domini.

Orig. 2 Siegelreste; durch Mäusefraß stark gelitten. Salm-Grumbach. — Bergl. dazu Goerz a. a. O. III, Nr. 739 (mit welcher Urkunde diese aber nicht identisch ist) und Beiheft I, S. 4 (4\*) Nr. 5.